26 Tanta) tot.

27 Vt ſermo Eſaiæ) id eſt, ita vt prophetia Eſaiæ impleta ſit, vel vnde conſtat impletã fuiſſe prophetiam Eſaiæ.

[t] & abſcondit ſe ab eis. [u] Quum au-
tem [26] tanta feciſſet coram eis, non
credebant in eum: [27] vt ſermo Eſaiæ
impleretur, quem dixit, Domine,
quis credidit auditui noſtro, & bra-
chium Domini cui reuelatum eſt?
Propterea non poterant credere,
quia iterum dixit Eſaias, Excæcauit
oculos eorum, & indurauit cor eo-
rũ: vt nõ videãt oculis, & nõ intelli-
gant corde, & conuertantur, & ſa-
nem eos. [28] Hæc dixit Eſaias quan-
do vidit gloriam eius, & [29] loquutus
eſt de eo. Veruntamen & ex [x] prin-
cipibus multi crediderunt in eũ, ſed
propter Phariſæos non confiteban
tur, vt è Synagoga non eijcerentur:
dilexerunt enim [y] gloriã hominum
magis, quàm gloriam Dei. Ieſus au-
tem clamauit, & dixit, Qui credit in
me, non credit in me, ſed in eum, qui
miſit me. [z] Ego lux in mundum ve-
ni: vt omnis, qui credit in me, in [a] te-
nebris non maneat. Et ſi quis audie-
rit verba mea, & non [30] cuſtodierit,
ego non iudico eum: non enim ve-
ni vt iudicem mundum, ſed vt ſalui
ficem mundum. [b] Qui [31] ſpernit me,
& non accipit verba mea, habet qui
iudicet eum. Sermo, quem loquutus
ſum, ille iudicabit eum in nouiſsimo
die: quia ego ex meipſo non ſum lo-
quutus:

t Abſcondit ſe Ieſus

v Iudæi quare non credebant

Eſaiæ 53.a
Roma. 10 d
Eſaiæ 6.c
Matth 13.b
Mar.4.b
Luc.8.b
Act.28.F
Roma.11.b

28 Hæc dixit) id eſt, hæc prædixit Eſaias, quum vidiſſet magnificũ illũ ſplẽdorem, in quo apparuerat illi Deus in templo illo imaginario.

29 Loquutus eſt) ſubaudi, populo.

x Principes credentes timent excõmunicari.

y Gloria hominum.

z Lux.

a Tenebræ

30 Cuſtodierit) crediderit.

31 Spernit) reijcit.

b Spernens Chriſtum.